Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·xvi·

34
32

Auerte mala inimicis meis. Gr. Esto mihi in deum protectorem et in locum refugii ut saluum me facias. v. In deus inte speraui domine non confundar in eternum. Off. Iubilate deo omnis terra. Ab occultis meis Com. munda me domine et ab alienis parce seruo tuo. Fer. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam intende mihi et exaudi me. Ps. Contristatus sum in exercitatione mea. Gr. Eruge domine fac opem nobis et et libera nos propter nomen tuum. v. In deus auribus nostris audiuimus patres nostri annuntiauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum et in diebus antiquis. Exspectans exspectaui dominum et respexit me et exaudiuit deprecationes meam et imisit in os meum

cantucum nouum ymnum deo nostro. Com. Letabimur in salutari tuo et in nomine domini dei nostri magnificabimur. Feria Quarta. Dum sanctificatus fuero in uobis congregabo uos de uniuersis terris et effundam super uos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris et dabo uobis spiritum nouum. Ps. Benedicam domino in omni tempore. Gr. Beata gens cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. v. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Off. Benedicite gentes domino deo nostro et obaudite uoci laudis eius qui posuit animam meam ad uitam et non dedit commoueri pedes meos benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam et misericordiam suam Venite filii audite me timorem domini doceo uos Accedite ad eum et illuminamini et facies uestre non confundentur.